re etiam debet subditus q; potestas regiminis siue prelatura nō potest admistrari sine studio cure temporalis. Unde q; ipsi exant in exteriorib; occupationib;. inde subditi sine omni sollicitudine melius vacare possunt in terlandib;. Et cuius subditus ac religiosus in suo claustrō ac ambitu existens bonis morib; et virtutib; rutilat. suum superiorem qui curam exteriorē gerit non accuset. De hoc tractat beatus grego. xv. mox. sic dicens Subditoy mēs ad custodiam humilitatis edomaf. si infirmitas ppria incessanter attendif sed tunc vires nostras examinare veraciter negligim;. cū de nobis fortia credimus. et idcirco eos qui nobis psunt districte iudicamus. Quo enim nos ipsos minus agnoscimus eo illos quos reprehendere nitimur plus videmus. **C**ōmunia hęc mala sunt que sepe a subditis in prelatos. sepe a prelati in subditos pmittunt. q; omnes subditos qui presunt minus q; ipsi sunt sapientes arbitrant. Et rursum qui subiecti sunt rectorū suorū actiones iudicant. et si ipsos regimē tenere ptingeret. se potuisse agere melius putant. Unde plerumq; fit q; et rectores minus prudenter ea que sunt agenda videant. q; eorum oculos nebula elationis obscurat. Et nōnunq; is qui subiectus est hoc cū prelatus fuerit facit quod dudū fieri subiectus arguebat. Et p eo q; illa que iudicauerat pperat saltem q; iudicabat erubescit. Igit; sicut prelati curandū est ne eorū corda singularis sapie loc; supior extollat. ita subiectis puidēdū est ne suorū rectorū facta displiceāt. Si aut; magistrorū vita iure reprehenditur. oportet ut eos subditi etiā dum displicent venerent. Sed hoc est solerter inveniendū. ne aut quem venerari necē est imitari appetas. aut quem imitari de-

n. ij.

spicis venerari premissas. subtilis enim via tenenda est rectitudinis videlicet et humilitatis. ut sic reflexibilia magistrorum facta displiceant. quatenus subditorum mensa seruanda magistri reuerentia non recedat. Sunt vero nonnulli qui si parum quid de spiritali puerfatione inchoant cum rectores suos temporalia agere et terrena considerant. mox ordinem supne dispensationis accusant. quod nequaquam bene ad regendum prelati sunt. per quos puerfationis infime exempla monstrant. Sed hi nimirum dum tempore se a seniorum suorum reflexione negligunt culpe sue negligentibus meritis suis usque ad reprehensionem auditoris excedunt. cuius profecto dispositio inde ab humilibus rectior agnoscitur unde ab elatis non recte iudicatur. quod enim potestas regiminis administrari non potest sine studio temporalis. Aliquam oportens deus mixta dispensatione pietatis vult tenere spiritualium mentes a terrena cura disiuncte sunt. onus regiminis duris ac laboriosis cordibus iniungit. ut tanto hi exterius sollicitudinibus libenter elaborant. In exhibitione quippe suscepti oneris per ipsos quoque utilitatibus subditorum dure vie tolerande sunt humane seruituris. Et sepe ut dictum est misericors deus quos tenere diligit eos sollicitate ab externis actionibus abscondit. Nam et plerumque paterfamilias ad eum laborem seruos dirigit. a quo subtiles filios suspendit. Et inde filii sine veritate decori sunt. vnde serui in puluere fedantur. **C** Quod quod recte in ecclesia diuinitus agatur ipsa tabernaculi constructione signatur. Ad moysen quippe diuina voce precipitur ut ad tegenda sancta sanctorum ex bisso cocco atque iacincto vela texerent. iussumque est ut protegendum tabernaculum vela cilicina et pelles ex-

tenderent. que nimirum vel pluuias vel ventos vel puluerem tolerarent. Quid ergo per pelles et cilicia quibus tabernaculum regitur nisi grossas hominum mentes accipimus que aliquando in ecclesia occulto dei iudicio quantumvis dure sint preferunt. que quod seruire curis temporalibus non remittunt. quod ut temptacionum ventos et pluuias de contrarietatibus huius mundi portent. Quid vero per iacinctum coccum bissum quod signatur nisi sanctorum vita tenera vel clara que dum caute in tabernaculo sub ciliciis absconditur. sua integra pulcritudine seruatur. ut enim intra interiora tabernaculi bissum fulgeat coccus chlorus et iacinctus ceruleo colore resplendeat. desuper pelles et cilicia imbres et ventos et puluerem portent. Qui igitur et magnis virtutibus in sancte ecclesie sinu proficiunt propositorum suorum vitam despicere non vident cum vacare eos rebus exterioribus vident quod hoc quod ipsi securi intima penetrant ex illorum adiumento est. qui contra percellas seculi huius exterius laborant. Quam enim candoris sui gratiam retineret si bissum pluuia tangeret. aut quod fulgoris et claritatis coccus et iacinctus ostenderet si hoc susceptus puluis fedaret. Sit ergo desuper textura cilicij fortis ad puluerem. sit inferius color iacinctus aptus ad decorem. ornamentum ecclesiarum qui solis rebus spiritualibus vacant. regant ecclesiam quos et laborum temporalium grauat. Nequaquam ergo contra rectores suorum exteriora agentem. murmurat is qui intra sanctam ecclesiam spiritaliter iam fulget. si enim tu secure interius ut coccus inutilis. cilicium quoque propter accensas. hoc grege. **D** Circa hoc etiam notandum quod sunt nonnulli subditi. qui cum aspiciunt prelatos et superiores suos vite inordinate et voluptatibus deservire ac negotiis secularibus nimis intendere. eo audacius ad lasciuias et

ad alia inconuenientia etiā ipsi solent  
frena laxare. qz tanto minus timēt ex  
cedere 7 inordinate uiuere quanto ma  
gis p̄siderant illos qui eis deberent p̄  
esse viam veritatis ac discipline decli  
nare. De hoc beatus greg. in mora. sic  
dicit. Sciendū est qz qd̄ a minoribus  
voluptuose agit maior disciplina co  
hibet. Cum vero maiores ipsi volupta  
ti deseruiunt nimis minoribus lasciuie  
frena laxant. Quis enim sub discipli  
ne p̄stricōne se retineat. qm̄ 7 ipsi qui  
ius discretōnis accipiunt sese volup  
tibus relaxāt. Quia p̄tra nos hostis tūc  
vehementius vires accipit. qm̄ 7 ip̄os  
qui p̄ custodia discipline p̄relati sunt.  
sibi seruire leticie cognoscit. tanto em̄  
licentius ad feriendū occupat. quāto  
7 hi qui intercedere poterant volup  
ti vacant. Sic etiam dum p̄ utilitate  
subditorū rectores nimis temporalibus  
curis interuiunt. pleriqz eoz exemplo  
decrepant. qd̄ verum valde quis eē ab  
neget curā curari a pastoribus terrena q̄  
celestia sollicitius vident. Hec grego.

**E** Nouere etiam forsā aliquos  
potest. cur omnipotens deus nōnullos  
qui videbant esse bone 7 sancte vite et  
tate permittat 7 in p̄ctm̄ cadere. De  
hoc sciendū est qz sunt plures cause. p̄  
ter quas hoc accidere solet. Nam sunt  
nonnulli qui aliquam virtutē habent.  
vel etiam plures per quas innotescunt  
hominibus 7 ideo venerant. sed in quibus  
busdam virtus sine peccatis occulte in  
uoluti sunt que a proximis ignorantur.  
7 ideo dñs qui est inspector cordium  
nonnunqz tales in aperta vitia cadere  
permittit vt cognoscant ab alijs mani  
feste quales sunt qui prius in occulto  
vitiosi fuerunt. Est 7 alia causa p̄pter  
quam permittunt in peccatum cadere  
videlicet superbia vel elatio. Sunt nā  
qz nonnulli qui castitatis virtute p̄emi

nent sed humilitatem cordis non ha  
bent. 7 cum occulte per superbiam eri  
gunt manifeste in carnis facinorosa cor  
ruere permittunt. **S**ed notan  
dū qz nōnunqz casus istoꝝ est cautela  
electoz. nam electi cū respiciūt tales  
in quodam religioso statu esse. 7 tñ p̄  
ter occulta alia vitia. aut supbiam in  
carnis lubricum vel alia peccata cade  
re. talia in q̄ p̄siderantes incipiunt de  
um magis timere. 7 in cunctis q̄ agūt  
student cautiores esse 7 in humilitate  
perseuerare. **I**sta tangit beatus grego.  
xxiij. morali. exponens illud iob. Et  
sterneret sibi aur̄ quasi lutum sic dices.  
**N**ouet forsā se aliquem. cur miseri  
cor̄s deus pmittit fieri ista vt leuiathā  
iste nunc per suggestiones validas au  
rum. id est viros sanctitatis claritate  
fulgentes. quasi lutū sibi vitis in qui  
nando substerneret. sed citius responde  
bimus. qz aurum qd̄ prauis eius per  
suasionibus quasi lutum sterni potuerit.  
aurū ante dei oculos nunqz fuit. **S**epe  
namqz homo multis peccatis inuolui  
tur 7 in vna aliqua virtute magnus vi  
detur. ipsa quoqz virtus inanis deficit.  
qz dum innotescit hominibus p̄culdū  
bio laudat. eiusqz laus inbianter appe  
ritur vnde fit vt ipsa quoqz virtus nō  
fit. dum abscondit qd̄ displicet. p̄ die  
qd̄ placet. que vtiqz esse merita apud  
deum possunt. quando 7 mala occulta  
sunt 7 bona publicata. **P**lerumqz em̄  
vt diximus latet superbia 7 castitas in  
notescit. atz ideo diu ostensa castitas  
circa finem vite perditur. qz cooperta  
superbia vsqz ad finem incorrecta reti  
net. **A**lius elemosinis vacat. propria  
distribuit. sed tñ multis iniusticijs ser  
uit. vel forsā se linguā in detractōibus  
exerit. **E**t fit plerūqz vt is qui miseri  
cor̄s fuerat. iuxta finem vite sue 7 rapa  
citaris 7 crudelitatis stimulis inardes  
n. iij.

scat quod valde iusto iudicio agitur quod perdat ante homines unde hominibus placuit qui hoc unde deo displicuit corrigere nunquam curavit. alius patientie studet sed invidere alijs et servare maliciam in corde non cauet. Fit quicquid impatiens quod latebat tolens. Hi itaque per aliquid aurum sunt et per aliquid lutum atque hoc aurum quasi lutum sternit. quando occultis exigentibus meritis etiam virtus que publice claruerat dissipat. Sepe etenim omnipotens deus occulta quorumdam mala diu tolerat. et aperta eorum bona electorum suorum vobis profutura dispensat nam nonnulli mundum nequaquam funditus deserentes. non perseveraturi angustum iter arripiunt. sed ad querendam angustam portam exemplo suo eos qui perseveraturi sunt accendunt. Unde et plerumque contingit ut ipsum hoc quod benevident vivere non sibi sed prius solis electis vivant. dum exemplis suis ad benevivendi studia perseveraturos aut non perseveraturi provocant. Sepe quosdam videmus via ingredi ad locum propositum festinare. quos alij quia euntes conspiciunt sequuntur. eundem pariter locum perunt. sed fit plerumque ut irruente aliquo in placationis articulo. post se redeant qui preibant et hi ad locum veniant. qui sequebantur. Idcirco enim virtutis iter non perseveraturi inchoant ut eis qui perventuri sunt. qua gradientur viam ostendant. quorum videlicet casus utilitate non modica electorum profectibus servit. quod illorum lapsum dum conspiciunt. de suo statu premiscunt et ruina que illos damnat. istos humiliat. Discunt enim in superbi adiutorij protectione confidere. dum plerumque conspiciunt de suis viribus cecidisse. Quando ergo bene agere vident reprobi. quasi planum iter electis sequuntur monstrantur.

Et quando vero in lapsum nequicie corruunt. electis post se pergentibus quasi cavendam supbie foveam ostendunt. **Hec greg.** De hoc etiam habet. xxxv. mora. ubi idem beatus greg. tractans illud. Qui docet nos super iumentis terre sic dicit. Jumenta terre sunt. qui vobis vite carnalis yma appetunt. volucres vero celi sunt. qui superbe curiositate studio sublimia perscrutant. illi vivendo se deponunt. infra quod sunt isti. inquitendo se elevant ultra quod possunt. illos in infimis voluptas deicit carnis. istos quasi in superioribus erigit libido curiositatis. illis per sacra eloquia dicitur. Noli te fieri sicut equus et mulus. quibus non est intellectus. istorum superbo labor increparum cum dicitur. Altiora te ne quesieris et fortiora te ne scrutatus fueris. Docet igitur nos deus super iumenta terre et volucres celi. quia dum hoc quod sumus agnoscimus nec carnis nos infirmitas deicit. nec spiritus superbia elevat. nec defluendo de sublimibus inflammamur. **Qui enim labitur carne. iumentorum appetitu persternitur. qui deo extollit mente. motivoluctum quasi levitatis penna subleuat.** Sed si vigilanter attendis. vultu meritis humilitas et carnis castimonia teneatur. cito cognoscimus. quia alterum custoditur ex altero. nam sepe superbia luxurie seminarium fuit. quia dum eos spiritus quasi in altum erexit caro in infimis merfit. Hi enim vultus secreta elevatur sed postmodum publice corruunt. quia dum occultis intumescunt moribus cordis. apertis cadunt lapsibus corporis. Sicque elati iusta fuerant feriendi retributione ut quod superbiendo se hominibus preferunt. luxuriando usque ad iumentorum similitudinem detulerunt. hinc quippe cum in honore esse non intellexit. operatus est iumentis etc. Quasi scientie eius illos in altum pena subleuavit.

rat. de q̄bo paul⁹ dicebat **Q**uā cū agno-  
uissent deū non sicut deū glorificauerūt  
⁊ gratias egerunt. **Q**uomō autem iu-  
mentoz aut plus q̄ iumentoz volupta-  
te ceciderunt subdit dicens Tradidit  
illos deus in desideria cordis eoz in  
immundiciā. **E**cce caro mersit quo su-  
perba p̄scientia subleuauit. ⁊ a volatu  
volucrum vltra appetituz lapsi sunt iu-  
mentoz. atq; inde sub se p̄strati sunt.  
vnde super se irrevidebant. **C**urandū  
itaq; est ⁊ omni custodia mens a super-  
bie tumore seruanda. non enim añ ocu-  
los dei vacue transuolant cogitatōes  
nostre. ⁊ nulla momenta t̄pis per ani-  
mum transeunt sine statu retributiōis  
**I**ntus ergo videt deus q̄ mentem ele-  
uat. ⁊ idcirco foris p̄mittit inualesce-  
re q̄ deponat. intus prius extollit q̄  
foris postmodū luxurie corruptōe feria-  
tur. **O**culam videlicet culpā sequit̄  
aperta percussio. vt malis exterioribz  
interiora puniant ⁊ cor publice corru-  
at q̄ latēter tumeat. **P**roinde p̄hu-  
militatis custodiam seruanda est mū-  
dicia castitatis. **U**nde. Si em̄ pie spi-  
ritus sub deo premis. caro non illicite  
super sp̄m eleuat. **H**abet quippe spi-  
ritus p̄missum sibi dominiū carnis. si  
tū sub domino recognoscit iura legit-  
ime seruitutis. nam si aurozē superbiē  
p̄temnit. ⁊ iure a subiecta carne pre-  
lium suscipit. **U**nde ⁊ ille primus hō  
inobediens mox vt superbiendo peccā-  
uit pudenda p̄terit. **Q**ui enim p̄tume-  
liam sp̄s deo intulit. mox p̄tumeliam  
carnis inuenit. ⁊ qui aurozi suo subdi-  
tus esse noluit. ius carnis subdire quas  
regebat amisit. vt ⁊ in seipso videlicet  
inobediētie sue p̄fusio redundaret. ⁊  
supatus disceret quid elatus amisisset  
**S**ic enim plerumq; virus libidinis de  
radice nascit̄ elatiōis. qz tunc caro vi-  
dit cū sp̄s latenter intumuit. **H**inc ē

enim q̄ longa p̄tinentia repente solui-  
tur. hinc est q̄ plerumq; ⁊ vsq; ad semi-  
um virginitas seruata vitiaf. **S**  
**Q**uia igit̄ negligit̄ humilitas cordis  
rectus iudex despicit etiam integritatē  
corporis. ⁊ quandoq; per apertuz  
malum reprobos annūciat. q̄ dudum  
reprobos in occulto tolerabat. nā qui  
diu seruatum bonū subito perdit. ap̄  
semetipsum intus aliud maluz tenuit  
ex quo aliud malū subito erumpit per  
quod ab omnipotenti deo etiā tunc ali-  
enus exitit. quando se ei per mundici-  
am corporis inhxere mōstrauit **Q**uia  
igit̄ mentis elatio ad pollutōez pertra-  
hit carnis. reprobos cor a volatu volu-  
crum ad perulantiam labit iumentoz  
**S**ancti aut̄ viri ne appetitu bestiali ad  
luxurię raginem deuoluant. sollicit̄  
te cogitatōes mentis a superbie vola-  
tu custodiunt. ac ne in infima desipien-  
do corruant. omne quod sublimiter sa-  
piunt humiliter premūt. **R**ecte itaq;  
dicitur. **Q**ui nos docet sup iumēta ter-  
re. **S**ancti enim viri super iumēta ter-  
re edocti sunt. quia quicquid in ymis  
potest ambiēti despiciunt. quia nihil in  
hac vita quod p̄terit querunt. **S**up  
volucres quoq; celi eruditi sunt. **P**er  
omnes immundoz sp̄um infidias cō-  
prehendunt. ⁊ potestates aereas quas  
adhuc per carnis infirmitatem tolerāt  
etiam vite meritū calcant. **M**entes  
quippe sanctorum transitoria cuncta  
despiciunt. ⁊ sub se labi quicquid sup-  
bit. quicquid p̄terit p̄templantur. ⁊  
quasi in quodam rerum vertice consti-  
tute. tanto sibi omnia subesse despiciūt.  
quanto semetipsos auctori omniū sub-  
dunt. atq; inde cūcta transcendūron-  
te creatori omniū vera humilitate sub-  
sternunt. **H**ec greg. **E**x his igit̄ dictis  
colligere possum⁹ q̄ cautos ⁊ hūiles  
nos eē opteat. si in vita religiosa ⁊ vit-  
n. iij.

tuosa volumus vsq; ad finē p̄seuerare  
**R** Sed q; de statu inordinato qui  
 heu modo p̄ quosdam exerceat in ordi  
 ne tractare incepimus. restat ut illa ite  
 rum p̄sequamur. Unde p̄siderandum  
 ut supra dictū est. q; monastica disci  
 plina valde modernis t̄pib; deficit. ⁊  
 a sua p̄fectiōe languescit. oēs que sua  
 sunt querūt. ⁊ sp̄reto celesti desiderio.  
 terrena auidē p̄cupiscūt. Cur igit̄ ad il  
 la que p̄ diuino amore p̄tempsumus.  
 p̄ malū desideriu; iterum redimus. ⁊  
 vortum qd̄ p̄misimus deo p̄ inordina  
 tam vitam als̄ affectionem violamus  
**D**e hoc p̄ petrum damia. sic d̄: Ad rā  
 tam quippe fecem quotidie semetipso  
 deterior mūdus iste deuoluī. ut nō so  
 lum cuiuslibet siue secularis siue eccle  
 siastice p̄dictionis ordo a statu suo col  
 lapsus iaceat. sed etiam ipsa monastica  
 disciplina soletenus ut ita dixerim re  
 clinata ab assueta illa celsitudinis siue  
 p̄fectione languescit. perit̄ pudor. ho  
 nestas euauit religio cecidit. ⁊ facto  
 velut agmine omnium sanctorū virtu  
 tum turba p̄cul abscessit. Oēs em̄ que  
 sua sunt querūt ⁊ p̄tempo celesti desi  
 derio terram incessabiliter p̄cupiscūt.  
**E**t q; sub ipso mundi sine post mundū  
 inhyare nō desinunt. quasi post alta pe  
 lagi in litus euecti terram remigio in  
 amiter pulsant. Nos igit̄ qui mūdi ab  
 renunciatores dicimur qui terreni fru  
 ctus naufragium euasisse gloriamur.  
 cur ad ea que p̄ diuino amore p̄temp  
 sumus retrogradis mitentes gressib;.  
 male estuanti desiderio recolemus. Et  
 dum cautionem quam cū xp̄o pepigi  
 mus frangimus. violate fidei porius  
 tormenta metuere q̄ p̄mia possumus  
 de nostra p̄uersione sperare. h̄c petrus  
 damia. **I** Quicunq; ergo religio  
 sus violat fidem agendo contra vortuz  
 quod suo sponndit creatori. iure apo

stata debet censeri. naz sicut duob; mo  
 dis receditur a deo siue vel ope in eorū  
 sic duob; modis efficiunt̄ hoīes apo  
 state relinquentes fidē aut̄ praua opa  
 agentes. Unde si monachus agit con  
 tra suam professionem mortaliter pec  
 cando merito apostata debet nuncupa  
 ri. etiaz si habitum deferat religionis  
**D**e quo beatus grego. super ezechie  
 lem sic d̄: Sciendum q; sicut duobus  
 modis a deo recedit̄. sic duob; modis  
 a deo apostate hoīes fiunt. Nam vnus  
 quisq; a creatore suo fide recedit. aut  
 ope. sicut ergo q; a fide recedit apostat  
 ta est. ita qui per aduersuz opus quod  
 deseruerat redit ab oīpotenti deo apo  
 stata absq; vlla dubietate deparabitur  
 etiam si fidem tenere videat̄. h̄c greg  
 go. **R** Notandum etiam q; sunt  
 in sancta religione. qui solum gloria  
 tur de eo q; plures annos habeāt in or  
 dine. q; vero ipsi raro vel nunq; glorio  
 se vixerunt modicum p̄pendunt. **U**  
 tales q; in virtutib; nondum p̄fecer  
 runt noncios se esse recognoscāt ⁊ nō  
 monachos antiquos. Unde beatus ber  
 nardus. Si in ordine. xl. annos egisti  
 ⁊ virtutib; non p̄fecisti sed in p̄  
 mo gradu stas quo intrasti. ego noui  
 cium te iudico. **I** Est ⁊ aliud in or  
 dine multum reprehensibile videlicet  
 murmuratiōis vitium. Quod tamē  
 beatus benedictus in regula prohibet  
 discretissime dicens. Hoc ante omnia  
 ammonentes ut absq; murmuratiōe  
 sint fratres. quod mandatum regule  
 a subditis minime obseruat̄. nā p̄pter  
 modicam occasionem nōnulli fratres  
 prozumpunt in murmuratiōes inter  
 duz causantes de cibo ⁊ potu ⁊ ceteris  
 minus discrete. Insuper d̄ iudicātes  
 suos superiores ⁊ prelatos ac alios offi  
 ciales asserētes ipsos inordinatos vel  
 min⁹ p̄uidos aut negligētes eē s; t̄ice



**Liber .I. Dist. III. Ca. VII.**

debent tales monachi. ne propter vitium  
murmurationis provocent iram dei. aut  
etiam separent de numero filiorum eius  
De hoc etiam beatus Basilius dicit. Non  
erit de numero fratrum christi qui murmu-  
rare incipiat ob exiguum victus sui. ve-  
hementissima enim plaga anime mur-  
mur ostendit fore. et susurratio huius  
vite. hinc basilius. Et quicumque delecta-  
tur in murmure privatur se divina solaci-  
tione. Unde beatus iheronimus. Expers  
eris solationis divine si solationem  
recipis a murmure. hinc iheronimus  
Et sicut subditi peccant mur-  
murando. sic etiam prelati laborare et  
studere debent ut non tent illis occasi-  
onem murmurandi. ne forte et ipsi in-  
currant propter hoc peccatum et iram dei.  
Etiam sciendum est quod sicut pro-  
ficientes in ordine efficiunt valde vir-  
tuosi. sic econverso deficientes in bo-  
nis moribus efficiunt multum vitiosi.  
quod tales postposito omni timore dei. fa-  
ciunt ea que non expediunt. scelera mul-  
ta et enormia committendo. De huiusmodi re-  
ligiosis dicit beatus augustinus. Sicut non  
vidi meliores quam qui profecerunt in or-  
dine. sic non vidi deteriores quam qui de-  
fecerunt in eodem. Et notan-  
dum quod omnes qui in statu religionis vi-  
vunt inordinate. miserabiliores sunt  
omnibus hominibus. quod nec deum habent  
nec mundum. nam si explent suas volu-  
ptates occulte peccando. tamen spiritum  
deprehendi. et ideo frequenter in quadam  
cordis angustia sunt constituti. Et ideo  
seculo non habent. quod libere peccare  
non presumunt. deum etiam non habent.  
quod prevaricando eius indignationem in-  
currunt. De hoc dicit beatus iheronimus  
Nota de mundi contemptoribus. scilicet mona-  
chis et alijs habitu religionis. si propositum  
suum religiose vivendo impleverint  
cum domino iudices erunt. si autem misera-

biliores omnibus hominibus. quod nec de-  
um habent nec seculum. hinc iheronimus  
Non solum tales in hoc mundo miserabi-  
liores sunt. verum etiam eterna damnatione  
apprehendet eos in futuro. Unde beatus  
iheronimus. Qui in loco ordinis sine or-  
dine vivunt ad illum ordinem deveniunt  
ubi nullus ordo sed sempiternus hor-  
ror inhabitat. P Unusquisque ergo  
monachus et religiosus propendat et pro-  
melcat periculum anime sue. et abstra-  
hat se a concupiscentiis carnalibus. et ab  
huius seculi vanitatibus non solum men-  
te sed etiam corpore. quod perverari inter  
homines seculares monachis minime ex-  
pedit. maxime tamen illis qui nondum in  
bono proposito et vita religiosa sunt fun-  
dati. nam videndo et audiendo ea que in  
seculo gerunt debilis animus faciliter  
ad temptationem trahitur. et ideo mun-  
dus et eius occupationes sunt fugiende  
De hoc isaac abbas syrie sic dicit. Expe-  
dit monacho nullatenus commiseri op-  
pugnantibus eum. sed ab eorum aspectibus  
abstinere. et elongare a propinquitate ip-  
sorum. et hoc dico non solum pro ventre. sed  
etiam pro omnibus in quibus examinatur  
monachorum libertas. Cum enim homo  
accedit ad deum fedus init cum domi-  
no de his abstinere. que sunt hec. non  
videre faciem mulierum. non respicere  
formosorum aspectus. non concupis-  
cere quicquam. vel epulari delicata. orna-  
tum vestium non videre. non videre ho-  
minum secularium dignitates. quod multas  
vices acquirunt vitia de propinquitate  
eorum. laxantium et alterantium arbi-  
trarie sapientiam et propositum eius. sicut  
aspectus bonorum movet arbitrium ha-  
bentis zelum ut inclinetur ad operatio-  
nem ipsorum. manifestum est quod ipsorum  
contraria potentiam etiam habent ca-  
privandi animam et si nihil agit plus  
solitatio. ad infestationem tamen pre-

lior adducit. et infructuosa facit mentis perturbacione. Ad unumquodque namque corporis membrum habet homo pugnam. et debet custodire seipsum et dimidnuere pugnam suam in ipsis. Quamuis enim homo sibi facit violentiam ad bonum. piclita est tamen ex eis videndo semper atque percipiendo. hec abbas ysaac. **E**cce quod piculosum est monacho conuersari in seculo. monachi enim officium esse debet fugere turbas. amare silentium. fletibus insistere. simplicitati studere. innocentiam vite ac sanctimoniam amare. Si vero oppositum fecerit a culpa liber non erit. Hoc tangit hugo de sancto victore sic dicens. **L**iber a culpa non est qui alienus usurpat officium. Si monachus es. quid facis in turba. si amas silentium. cur de clamantibus assidue interesse delectaris. tu semper ieiunibus et fletibus debes insistere. et tu philosophari queris. simplicitas monachi philosophia eius. Sed docere inquis alios volo. non est tuum docere sed plangere. Si tamen doctor esse desideras audi quid facias utilitas habitus tui. et simplicitas vultus. innocentia vite et sanctitas pueris sationis tue docere debet homines. melius ergo fugiendo mundum doces quam sequendo. Hec hugo de sancto victore. Et beatus bernardus. Monachus non habet docentis sed plangentis officium cui opidum carcer esse debet et solitudo paradysus. hec bernardus. Unde quilibet deuotus monachus fugiat mundum et ea que in mundo sunt et religio se viuat. et quod foris ostendit hominibus per habitum. intus studeat seruare coram deo per bonam vitam. Ad hoc hortatur beatus gregorius sic dicens. Monachus reuerentia sui habitus in actibus in locutione. in cogitatione semper circumspiciat et ea que mundi sunt perfecte de-

ferat. et quod ostendit humanis oculis habitu. hoc ante oculos moribus presentat. hec gregorius. Laborer in quibus monachus ut a vitijs studeat abstinere et in virtutibus se exerceat. sit humilis mansuetus et caritativus et timore dei semper pre oculis habeat. nam de monachis inordinatis dicit abbas pastore sic. Qui querulosus est qui malum pro malo reddit monachus non est. qui maliciam in corde suo retinuerit monachus non est. qui iracundus est monachus non est. qui elatus et verbosus est monachus non est. Qui vero monachus est semper mansuetus est. humilis caritate plenus et timore dei semper et ubi quibus pre oculis habet non peccet. Hec abbas pastore. Item qualis debeat esse verus monachus dicit iohannes abbas in tractatu de xxx. gradibus sic. Monachus est qui solum que dei sunt agit cogitat et loquitur christo vnitus in omni tempore loco et negotio. Monachus est violentia nature indefinens et custodia sensuum indeficiens. Monachus est sanctificatum corpus expurgatum os et illuminata mens. Monachus est merens et dolens anima indefinenter. memoria se exercens vigilans et torquens. Et quis purus est fidelis et patientis monachus. qui sub obedientia labore et dolore calorem suum custodit inextinguibilem et ad suum exitum ignem igni et feruorem feruori et amorem amori et desiderium desiderio sollicitudinem sollicitudini quotidie addere non cessauit. Hec iohannes abbas. De virtute et conditione deuotorum et bonorum monachorum dicit beatus bernardus sic. Ille verus est monachus. qui deuotionem tenet in choro. patientiam in captatione. disciplinam in labore. meditationem in lectione. feruorem in oratione. castitatem in temptatione. tolerantiam in

aduersitate. humilitatē in prosperitate.  
 hec berna **R** Si vero tantam per  
 fectionem monachorum que modo per san  
 ctos patres premissa vel alibi in scrip  
 tura legitur propter nostram fragilitatem  
 seruare nequimus. suppleat hoc in no  
 bis humilitate scientie deuotio. com  
 pungamur quoridie in fletibus quod diu  
 peregrinamur a domino deo nostro et a luce  
 vultus eius. Accusemur et confiteamur  
 imperfectum nostrum et defectus nostros  
 agnoscetes paupertatem nostram. dominus  
 liberabit nos. Ad hoc faciendum horat  
 nos beatus bernardus sic dicens. Mag  
 nam tactorum professionis nostre supple  
 at pietas et deuotio scientie humilia  
 te. Sint nobis lacrime nostre panes  
 die ac nocte quod diu de anime nostre ubi  
 est deus tuus. hoc est quod diu peregrina  
 mur a domino deo et a lumine vultus eius  
 Unum quidem erat necessarium. sed qui  
 nec in vno figimur nec in multis ope  
 rando et laborando exercemur. in quo  
 ordine purabimur. utinam cum illo de  
 quo apostolus dicit. Et qui non operatur  
 credenti autem in eum qui iustificat im  
 piū. reputat fides eius ad iusticiam sicut  
 positum gratie dei. utinam cum pecca  
 trice illa cui multum dimissum est quo  
 niam dilexit multum. nam et in diligen  
 ter deum retributio magna. Sicque fratres  
 obsecro non excusemur sed accusemur  
 nos et confiteamur. et qui magni nominis  
 vmbra et personale quoddam figmentum  
 perfectionis apud homines induimus.  
 apud deum scientie nostre cognoscen  
 tes paupertatem non vbi quaque a verita  
 te recedamus et veritas liberabit nos.  
 hec berna. Et quis propter fragilitatem  
 ac defectus nostros non valeamus per  
 uenire ad perfectum statum monachorum.  
 tamen per volumus cum adiutorio dei  
 in bono opere nos exercere debemus.  
 mensuram etiam virium nostrarum perpen

damus. et sicut quod superant vires ad ex  
 tirpanda vitia et ad virtutes inseren  
 das laboremus. Qui igitur ad sanctum  
 ordinem nos venisse gaudemus. tota  
 nostra intentio circa hoc versetur ut mens  
 nostrarum virtutum armis accincta in spi  
 rituali certamine debellare contendat.  
 De his et alijs statum religiosorum tan  
 gentibus petrus damiani sic dicit. Ple  
 rosque vidimus iam dudum in sacro or  
 dine constitutos. qui necdum norunt  
 quid in ieiunijs. quid in vigilijs quid  
 in reliquis celestis discipline ferre stu  
 dijs potuissent. Et cum scriptura dicit.  
 qui ignorat ignorabit. quo pacto vel a  
 deo cognosci vel deum mereat cognosce  
 re qui semetipsum in eius obsequio con  
 uincit ignorare. Qui ergo semetipsum  
 vult vincere suarum virium mensuram  
 turpe est noticiam non habere. Quia  
 quisquis in militia spiritualis agone pro  
 fecerit in hoc probatio est. si iam debilio  
 rem contra se vitiorum prumaciam sentit si  
 surgentes in se motus carnis facile im  
 primit. si tumultuantium cogitationum  
 strepitum minore iam labore percipit. si  
 nascetes carnalis illecebre spiritus mor  
 ut oriri ceperint refecat. si tumentia su  
 perbie luxurie ceterorumque vitiorum  
 colla gladio prius diuini amoris ob  
 truncant. Ceterum quid prodest. diu  
 quempiam sacre interesse militiae que  
 velut sub ipsa primi tyrocini rudimen  
 ta remissis manibus et tenero pede ad  
 huc publice videas claudicare. a qua  
 nimirum negligentie dissolutione pre  
 dicato egregius discipulos prohibet  
 dicens. Remissas inquit manus et dis  
 soluta genua erigite. et gressus rectos  
 facite pedibus vestris. ne claudicans  
 quis erret. Docta manus ad prelium  
 facile venit ad triumphum. Corpus  
 attritum lorica promptum fertur ad  
 pugnam. Monacho nempe cui adhuc

impossibile est superbiam premere. auariciam cohibere. inuidie fauces extrin-  
guere. nudam mentem a luxurie peru-  
lantia custodire. qui virus malicie ad-  
uersus offendentem nequit expellere.  
qui pro seruanda censura iusticie suc-  
cumbit iniuriam sustinere. quid aliud  
dicendus est. nisi quod quantum ad pro-  
fessionem quidem iam in sacra militia  
nomen dedit. sed quid sit spirituale cer-  
tamen penitus non agnouit. ymo ad p-  
fectionem tendentibus hoc totis viribus  
observare necesse est ut salubriter rigi-  
di magis discant ista nocere atque vin-  
cere. **P**udeantque hi qui se mortuos p-  
fitent esse cum christo rebelles motus car-  
nis. ac passiones animorum adhuc in  
se procaciter viuere. **D**iscat igitur mi-  
les christi dum adhuc nouus est manus  
pserere. discat emergentibus quibusque  
vitiis. putres dictauerit obuiare. huc  
illuc circumductis viuacis experientie  
oculis. quidus vertat. et singulis quib-  
usque iaculis que munitur agrue defen-  
sionis regmen opponat. ut superbiam  
humilitate deficiat. gula sobrietate re-  
stringat. mansuetudine iracundiam  
calcet. **A**uaritiam largitate refrener.  
ardorem libidinis terrore perpetui ig-  
nis extinguat. odij trabem flamma sua-  
uissime caritatis exurat. **D**electat cer-  
te deus isto certamine qui subtiliter ac  
p-funde p-siderat totum quicquid est il-  
lud. quod versat in mente. **G**ratulantur  
angeli ad tale spectaculum. videntes  
quod humana natura in eo quod contra se ipsam  
pugnat ad eorum se p-sortium unde fuerat  
eiecta reformatur. et sibi rixando ad  
veram pculdubio pacem tendit quas  
olim sibi met p-senciendo quod non repug-  
navit amisit. nec conqueramur fratres  
mei si ad vorum mox cuncta non vinci-  
mus si huius consuetudine certaminis  
erumnas labores angustias et grauissi-

imum sepe fluctuantis anime redium susti-  
nemus. in hoc enim nobis divina dispensa-  
tione. p-spicitur. ne repentina victo-  
ria in arrogantiam animus noster ex-  
tollatur et de altitudine sua p-fundius  
corruat si non auctori deo sed victorie  
vires attribuat. **U**nde fratres carissimi  
mi qui ad sacrum ordinem nos venisse  
gaudemus. hic nostra tota interior  
fari debet. videlicet ut mens nostra vic-  
torem armis in spirituali certamine  
se semper exerceat. vitiorum potentia.  
que circa nos mitescere nesciunt. ser-  
uido spiritu debellare contendat. para-  
ti simus semper irruentes vitiorum cune-  
os ac fremetes bestias de agro nostri  
cordis eiecerit. nullumque eis in ea que  
nostri iuris sunt permittamus locum p-  
uerse dominationis habere. hoc peritus  
dandi. **S** Audiuius igitur nunc  
ex premissis p-dictionem et dissolutam  
vitam quorundam fratrum in habitu  
quidem religionis existentium. sed p-  
uerse viuentium. audiuius etiam con-  
uersationem sanctam et ordinatam re-  
ligiosorum ac deuotorum monachorum.  
**Q**uisquis ergo in bono proposito et in  
statu religioso se esse deprehenderit. in  
eodem sancto proposito ac p-uerse facione  
bona seu virtuosa studeat p-ficere ac p-  
seuerare. ut cum sanctis et religiosis mo-  
nachis premium et gloriam post hanc  
vitam valeat obtinere. **Q**uisquis vero  
indissoluta inordinata ac p-uerse vita  
se positum esse p-spererit. timores mor-  
tis et penam gehenne ante oculos men-  
tis reducat. et penitentiam a suis p-  
actibus agere non obmittat. **Q**uisquid  
ergo p-uerse agendo contra dominum  
se p-misisse senserit hoc totum p-  
penitentie superius p-missa videlicet  
p-contritionem p-essionem et satisfacti-  
onem delere studeat. p-umat in quibus se ip-  
sum per cordis p-contritionem. lacrimas

fundendo. per oris confessionem rubo-  
 rem sustinendo. per satisfactōnem ope-  
 ray virtuosa exercendo. ⁊ de cetero a si-  
 milibus malis cauendo. Qui autem sic  
 se punit veniam suorum scelerum a do-  
 mino sequetur. De tali penitente di-  
 cit beatus augustinus. Quid est homo  
 penitens nisi homo iratus sibi. qui ut a  
 deo accipiat veniam suo iudicio de se-  
 ipso exigit penam. hec augustinus. Non  
 solum autem talis penitens peccatorū  
 veniam. imo etiam gratiam in presen-  
 ti ⁊ si perseueraverit gloriam in futuro.  
 a christo domino obtinebit. sed ⁊ sta-  
 tum pristinum religiosorum monachorum  
 propter mala ⁊ peruersa opera perditum  
 per huiusmodi penitentiam se domino  
 cooperante reformabit. Sic igitur ha-  
 temus de statu incipientium qui ut su-  
 pra dictum est persistit in vera penitentia  
 ⁊ eius partibus. videlicet contritōne  
 confessione. ⁊ satisfactione. ⁊ quibus-  
 dam circumstantiis rangentibus eius-  
 dem penitentiae partes. De quibus om-  
 nibus prout dominus donauit tractan-  
 do hanc materiam dicta quedam ⁊ au-  
 toritates sanctorum patrum in vnum  
 collegi ut conditio siue status incipi-  
 entium siue penitentium aliquantulum ista  
 legentibus pateat.

Explicit liber primus  
 Valogranati.

Incipit secundus liber qui tractat  
 de statu proficientium.

Distinctio I. Filius

**A**cepta infor-  
 matione a te pater ⁊ doctri-  
 na salubri de statu peniten-  
 tium seu incipientium. nūc instrui de-  
 sidero de statu proficientium. ⁊ primo in  
 quo persistit status proficientium de hoc p-  
 te cupio edoceri.

Capitulum I. Pater. I

**L**ire de-  
 bes quod status pro-  
 ficientium prout su-  
 pra dictum est in  
 tribus persistit. vi-  
 delicet in pecca-  
 torum siue vitiorum  
 detestatio. in virtutum operatio. ⁊ in  
 temptationum perpassio. Postquam igitur  
 peccator post multa flagicia ⁊ crimi-  
 na est ad deum conuersus per penitentiam  
 ⁊ in eadem studet domino cooperante  
 cum omni sollicitudine perseverare.  
 hic talis statum incipientium est egres-  
 sus. **U** Sed necesse est ut quilibet  
 penitens seu deo seruans incipiens p-  
 acta penitentia. vel adhuc in actu peni-  
 tentie existens peccata perpetrata aut  
 quecumque alia scelera nondum comis-  
 sa ex totis viribus ⁊ cum summa dili-  
 gentia vitare teneat omne peccatum mor-  
 tale detestando si desiderat statum pro-  
 ficientium ingredi. qui ut dictum est  
 primo persistit in vitiorum detestatione.

Filius.

**Q**uid est peccatum quod primo  
 detestari seu vitare debent pro-  
 ficientes.

Ca. II. Pater. X